

Agita est, ad proles nutriendas. Ex causa enim incontinetia orum sentit. *D. Gregor. ad interrog. Aug. Anglor. Episc. c. 10.*, quia dum se continere nolunt, lactare despiciunt quos gigant.

Imprimis enim minus inuidem amant filius & mater, si iste lactetur ab aliena. Ut insinuat *S. Ambros. cap. 7. lib. 1. de Abraham.*

Deinde nullum ferat genus esse docet *Basil. Hom. 9. Hexam.* quod alteri proles alendas committat. Vnde pudore debet homines, quod in hoc charitatis officio à brutis vinctantur.

Sic supra, Dido insectatur Aeneam, quod à matre educatus non fuerit, sicut factus degener. Scribit *Lampridius. Tit. Vespasiani Imp.* filium toro vita tempore aduersa valetudine vsum, quod talem nutricem naecus fuisse.

De Tiberio Cæsare fertur, quod maximus exstiterit potator, ideo quod nutriciae mores in se transtulerit.

Remum & Romulum iatrociniis addicatos autimant, quod expositi lacte lupæ nutriti aliquandiu feruntur.

Hagis Rex Curetum, filius Gargundis Regis, exppositus, & à cetera cnutitus, immensa pernicitatis fusile perhibetur.

CATO Maior non solum filium sibi natum lacte materno B nutritri volebat, sed insuper etiam seruorum filios, quod benevolos eos erga filium suum, ubi verique adolescenti, similitudine nutritionis redderet. Astimans valde à parentibus degenerare, si alieno lacte nutrientur. *Plut.*

ABLAC TATI O.

Olim facta solemniter.

Finito spatio, quo infantes lacte nutriebantur, priusquam solidiorem cibum sumerent, celebrabant parentes conuicium, quasi in signum latitiae, quod infans per se veluti viuere inciperet, & longiori vitam sponderet.

Ita factum legimus ab Abraham in die ablactationis filii sui Isaac. Vnde infert *Caietanus*, non fuisse usitatam illam conuiuij solemnitatem, præterquam in ablactatione primogeniti. Tamen etiam alias adhibitam, constat ex historiis.

* Lachrymæ.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Lachryma, Græcè λάρυγξ, & λαρυγνός, lachrymosus, & λαρυγχίος, lachrymor, quæ vñs obtinuit, vt cum aspiratione scribatur, Hebr. *Dimnah*, à verbo *Dimabb*, lachrymavit, lachrymatus est madidis oculis: *il pleura à chaudes larmes*; Graci conuiclo *Daleib* in vocalē dicunt *τρύπω*, fleo, lachrymator: & per inuersionem radicis *μελέω*, maledeo, madesco, *μελέω*, maledacio. Est autem lachryma humor ex oculis flentum manans: Flere autem lachrymas fundere, vnde fletus quandoque substantianus & quartæ declinationis. Ennius: *Nemo me lacrymis decori, nec finera fletu.*

Quidam arbitrantur lachrymam dici à Latinis, quasi lacerriam, quoniam plerumque ex animi laceratione lachryma cidentur.

CAVSÆ VARIÆ LACHRYMARVM.

Varie sunt causæ lachrymarum, nunc enim præ gaudio, nunc præ mortore, nunc præ commissione, indignatione, aliâve ex occasione depromuntur. *Alexander Aphrod. c. 22. probat.* dicit: In mœstis, ob angustum visus mearum, qui

D oculorum humorem comprimit: in latis vero propter meatum raritatem, humorem lachrymarum effundi. Exempla dabimus, & in iis varias causas.

S. SCRIPTVRÆ.

Fleuit Agar longè ab Iasaële discedens, nec voluit vide re puerum mortientem. *Genes. 1. 1.*

Venit Abraham, vt plangeret Saram vxorem suam defunctam. *Genes. 23.*

Eiulatu magno fleuit Esau, quod benedictionem patris haberet Jacob. *Genes. 27.*

Elevata voce fleuit Jacob, postquam recognouerat Rachel consobrinam suam. *Genes. 29.*

Stringens Esau collum Jacob, & osculans eum fleuit. *Genes. 33.*

Scissis vestibus Jacob induitus est cilicio, lugens filium suum multo tempore. *Genes. 37.*

Auerit se parumper & fleuit postquam audiuit fratres

suos dicentes? Merito hæc patimur, quia peccatum in E fratrem nostrum. *Genes. 42.*

Commota fuerunt viscera Ioseph supet fratre suo Benjamini, & etuperunt lachrymæ, & introiens cubiculum fletuit. *Genes. 43.*

Elevauit vocem Ioseph eum fleru, & dixit fratribus suis, Ego sum Ioseph. Item cum amplexatus recidisset in collum Benjamin fleuit, & osculatus plorauit super singulos fratres. Idem fleuit cum ascenderet obuiam patri irruens super colum eius: item supet patre suo mortuo iterum fleuit, quem etiam fleuit Ægyptus septuaginta diebus. *Gen. 41. 46. & 50.*

Vulgus promiscuum, quod ascenderat ex Ægypto flagravit desiderio carnium, & sedens & flens ait: Quis dabit nobis carnes a descendente? *Num. 11.*

Vociferans omnis Turba, fleuit murmurantes & dicentes: Utinam mortui essemus in Ægypto. *Num. 14.*

Omnis multitudo videns occubulisse Aaron, fleuit super eum triginta diebus. *Num. 20.*

Filiij Israël Moysen mortuum fleuerunt triginta diebus. *Deut. 14.*

Angelus Domini venit ad locum flentium, & impropere rauit filios Israël beneficia qua à Deo receperunt, & peccata qua commiserunt, & leuauerunt vocem suam, & fleuerunt. *Judith 2.*

Pugnaturi filij Israël contra filios Benjamin, fleuerunt coram Domino. *Iudith 20.*

Et postmodum obtenta victoria, fleuerunt propter destructionem fratrum suorum. *Judith 21.*

Recedente Noëmi nurus eius flere coepérunt. *Ruth 1.*

Orauit Anna Dominum, flens largiter. *1. Reg. 1.*

Audita obsidione Iabes Galad, leuauerunt vocem filij Israël, & fleuerunt. *1. Reg. 11.*

Lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum premitbar, quod constituisset eum in Regem. *1. Reg. 15. & 16.*

David & Ionathas osculantes se fleuerunt pariter. *1. Reg. 20.*

Saul audiens vocem David, qui pepicerat ei, eleuata vox ce fleuit. *1. Reg. 24.*

Videns David ciuitatem Siceleg esse succensam, & abditos homines inde capiendos, planxerunt ipse & populus, qui erat cum eo, donec deficerent in eis lachrymæ. *1. Reg. 20.*

Planxit David super Saül & Ionatham & alios interfecitos. *2. Reg. 1.*

David & omnis populus fleuerunt super Abner, quem occididerat Ioab. *2. Reg. 3.*

Noluit David fleri pro filio parvulo mortuo, & tamen fleuit pro infirmo. *2. Reg. 11.*

Quamuis Absalom exhibuerit se pessimum erga patrem, tamen David fleuit eum miserabiliter mortuum. *1. Reg. 18.*

Elizias videns Azælēm coram se, coepit flere, propter malam, quæ ille erat facturus filii Israël, cum esset futurus rex Syriae. *4. Reg. 8.*

Fleuit Ezechias fletu magno orans Dominum pro morte, quam sibi inminere in proximo putabat. *4. Reg. 20.*

Cum audisset Iosias rex Iuda cominationes scriptas in libro legis Domini, propter peccata, scidit vestimenta sua & fleuit, & multum Deo placuit. *4. Reg. 22.*

Cum redificabatur templum ab iis, qui redierunt de Babilone, non poterat quicquam cognoscere vocem clamoris latantium, & vocem fleris populi. *2. Esdr. 3.*

Orante Esdra & flente, propter commixtionem populi Gentilium cum Iudeis, collectus est ad eum cunctus grandis virorum & mulierum, & fleuit populus multo fletu. *1. Esdr. 10.*

Cum audisset Néhemias miserabilem statum ciuitatis Ierusalem, fleuit diebus multis, & iejunabat & orabat ante faciem Dei cœli. *Néhem. 1.*

Flebat populus cum audiret verba legis. *Néhem. 8.*

Tobias manducauit panem cum luctu & tremore, quia corpus ingulati proximi in domo habebat, quod nocte se pelite volebat. *Tob. 1.*

Postea auditis sermonibus vxoris, ingemuit & coepit orare cum lacrymis. *Tob. 3.*

Sara filia Raguelis, audita ab ancilla graui contumelia, orauit ad Dominum cum lachrymis, ut ab illo improperi cam liberaret. *Eodem.*

Cum recessisset à parentibus suis Tobias iunior, coepit flere Mater eius, & dixit: Baculum senectutis nostra tulisti. *Tobia 5.*